

# Manteuffel, Jerzy

---

## Papyri e collectione Varsoviensi : series nova

---

The Journal of Juristic Papyrology 2, 81-110

---

1948

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej [bazhum.muzhp.pl](http://bazhum.muzhp.pl), gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

# PAPYRI E COLLECTIONE VARSOVIENSI

series nova

edidit

GEORGIUS MANTEUFFEL

Papyri, quae hoc volumine comprehensae sunt, partim in Museo Berolinensi (Papyri Euripideae No 1 et 2, Sententiae Menandreae No 3) et in collectione privata Hugonis Ibscher (Fragmentum ad res forenses pertinens No 4) Berolini asserabantur, partim in expeditione Italorum Oxyrhynchi et in pago Arsinoitico repertae sunt (Instrumenta privata No 5-8).

Viris doctis Guilelmo Schubart, Achilli Vogliano, Hugoni Ibscher, Heinzio Kortenbeutel, quorum summa benevolentia olim factum est, ut eas papyros publici iuris in hoc volume facere possem, grates debitas ago.

Leopoli, mense Julio 1941.

## 1. — EURIPIDES, PHOENISSAE.

Inter fragmenta Euripidea, quae in papyris, ostracis, tabellis aetate posteriore perscriptis ad lucem surrexerunt, excerpta Phoenissarum saepissime leguntur. Quae reliquiae non solum e fragmentis voluminum chartisque ex usu scholiarum ad nos pervenerunt, sed etiam in opusculis vere popularis ingenii nonnunquam inveniuntur. Itaque in expeditione franco-polonica repertum est Apollinopoli Magna a. 1939 ostracon quoddam aetate Lagidarum posteriore perscriptum, quod continet cantiunculam in honorem Solis compositam versu intercalari “Ἡλιε, θοαῖς ἵπποισιν εἵλισσων φλέγα (Phoen. 3) bis repetito.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Ostr. Edf. No 526, *Fouilles franco-polonaises, Rapports III. Tell Edfou 1939.* Tempestate ultimi temporis adhuc impediti sumus, quominus fasciculum tertium in publicum proferremus.

Vv Phoen. 529-534 in antiquissimo libro ad usum scholarum, quod adhuc nobis innotuit,<sup>2</sup> III saeculo a. Chr. n. scripto exstant, et scaena, unde hic locus petitus est in exercitatione quadam, quae ad versus componendos pertinet, imitatione exprimitur.<sup>3</sup> Hermupoli repertum est folium e codice papyraceo s. VI inscriptum (Pap. Wirzburg. I), quod continet excerpta scholiorum ad Phoenissas a praeceptore quodam publico confecta.<sup>4</sup>

Praeter ea quae supra iam allata sunt haec Phoenissarum fragmenta aetatem tulerunt:

Ostracon rudi manu a discipulo quodam s. II a. Chr. n. perscriptum atque erroribus scatens continet vv 105-118 et 128-140.

Pap. Oxyrh. IX 1177 saeculi primi p. Chr. n. ineuntis exhibet vv 171-185 et 220-226.

Fragmenta voluminis saeculi alterius exeuntis<sup>5</sup> (Pap. Ryl. III 547 et Pap. Oxyrh. II 224) exhibent vv 646-657, 1017-1043, 1064-1071. De hoc libro in hunc fere modum iudicaverunt editores: *The papyrus is sometimes superior to the MSS., but shares some of their blunders and introduces others of its own.* Tabella lignea (Pap. Rain. V, p. 74 et sq.) praebet vv 1097-1107 et 1126-1137 s. IV/V perscriptos.

Florilegium Euripideum in Pap. Argent. s. III a. Chr. n. confectum exhibet cantica Phoen. 1500-1736.<sup>6</sup>

Et denique in commentariis q. i. *The Journal of Egyptian Archaeology* I, 1914, p. 176 fit mentio de Phoenissarum fragmento V/VI s. in Collectione Ioannea asservato.<sup>7</sup>

<sup>2</sup> *Publications de la Société Royale Egyptienne de Papyrologie, Textes et documents* II, *Un livre d'écolier du III-e siècle av. J.-C.* édité par O. Guéraud et P. Jouguet, Le Caire 1938, p. XXIII et 14.

<sup>3</sup> Norsa-Vitelli, *Annali della R. Scuola normale superiore di Pisa, serie II*, vol. IV (1935), p. 14-16.

<sup>4</sup> U. Wilcken, *Mitteilungen aus der Würzburger Papyrussammlung, Abh. Preuss. Ak. d. Wiss. 1933, phil.-hist. Kl.* No 6, Berolini 1934, 7 sq.

<sup>5</sup> C. H. Roberts, *Catalogue of the Greek and Latin Papyri in the John Rylands Library III*, Manchester 1938, p. 195.

<sup>6</sup> Edidit W. Croenert, *Nachr. Gött. Gesellsch., phil.-hist. Kl.*, 1922, p. 17 sq., iterum edidit N. Lewis, *Etudes de papyrologie*, III, 1936, p. 52 sq.

<sup>7</sup> Cf. W. N. Bates, *Euripides*, Philadelphiae 1930, p. 305 et Oldfather, *The Greek Literary Texts from Greco-Roman Egypt*, Madison 1923, p. 21.

Fragmentum, quod nunc e Pap. Berol. No inv. P. 11869 in publicum proferimus, exstat e volumine in parte recta inscripto. Servata est pars superior columnae 17 linearum; e columna praecedenti nihil nisi exiguae umbrae litterarum supersunt, quae ad versus Phoen. 1055-1059 pertinere videntur. Columna quae exstat a v. Phoen. 1079 incipit, unde vero sequitur, ut columna integra 24 vel 25 versuum fuerit, nam v. Phoen. 1075 in compluribus libris omittitur.

Scriptura proprius accedit ad manus quas cursivas appellamus et haud longe abest ab eis, quae apud Schubartium *Palaeogr.* tab. 30 et in *Pap. Gr. Berol.* tab. 30<sup>b</sup> et 28, cf. etiam tab. 24 et 34<sup>a</sup>, phototypice expressae sunt. Quibus tabulis collatis novum Phoenissarum fragmentum Berolinense s. II p. Chr. n. tribuerim.

Ex ipsa scriptura semicursiva, quae in hoc volumine adhibita est nec non e contextu parum diligenter a librario vel a magistro quodam fortasse ad usum scholarum exarato satis elucet exemplar hoc praestantioribus libris Euripideis per se deterius esse. Sed praeter nonnullos errores, qui manifesti sunt (vv 1 3, 4, 10, 11 bis, 13, 14), variae lectiones animadvertendae et vel una (v. 17 στρατιώτας pro ἵππότας Mss.) praferenda esse videtur. In v. 8 coniectura quaedam nostrae aetatis confirmatur (Ἀργείον δέρω pro Ἀργείων δέρω Mss.).

No inv. P. 11868

17 × 16 cm.

II s. p. Chr. n.

εστα[σι αθραυ]στοι και ουκ ανηρ<π>αστα[ι πολις

ηλ[θον] [ ] δε προς κινδυνον Αργ[ειου δορος

1080

απηγ[η] [ ] γ' επ' α]υτην αλ<λ>' ο [[κα]] Καδμ[ειων Αρης

κ<ρ>εισ[σων] [ ] κα]τεστη του Μυκηνα[ιου δορος

5 εν ειπ[ε] π[ρος θ]εων ετι Πολυνεικο[υς περι

οισθα [ως [ ] με]λει μοι και τοδ' ει λευσσει [φαος

ζη σο[ι ξ[υν] ]ωρις εις τοδ' ημερας τεκ[νων

1085

ευδα[ιμ]ογ[ ]οιης . πως γαρ Αργειον δο[ρυ

πυλω[ν] απεσ[τ]ησα<σ>θε πυργηρουμ[ενοι;

10 λεξον γειροντα [ ] τυφλον ως κατα στεγας

ελθωσα τερψω τηςδε γης σεσω<σ>μενης

	επει Κρεοντος [ ] παις ο γης υπερθυγ[ων]	1090
	πυργων επ ακρ[ ]ων <σ>τας μελανδε[τον] ξιφος	
	λαιμωι διηκε[[τ]ηι δε γηι σωτηρ<ι>ον	
15	λογους ενειμαν επτα και λογαριτας	
	πυλας ε[φ] ε[πτα] φυλακας Αργειου δο[ρος]	
	[σος παις εφεδρους στρατ]ιωτας μεν [ιπποταις]	1095

Contextum huius chartae cum apparatu critico, qui exstat in editione Oxoniensi a Gilberto Murray confecta, contuli.

Paragraphi nonnumquam a librario perperam afferuntur: inter vv 1/2, 2/3, 4/5, 11/12 etsi persona mutatur, paragraphus neglegitur; inter vv 5/4 et 5/6 falso notatur.

In vv 2-14 mediis lacuna oblonga 1-2 litterarum, quae extenditur a superiore usque ad inferiorem paginae partem propter fila discissa antequam charta inscripta fuit, signo [] notatur.

1 Hiatus non semper vitantur, cf. v. 6; ANΗΡΑΣΤΑΙ Pap., cf. vv 4, 9, 11, 13, 14.

3. αλονα καδμειων Pap.: haplographia in ἀλλ' ὁ, dittographia secundo loco error librarii explicari potest; MSS.; ἐπ' Ἰές B.

4. κεισ[σων] Pap., cf. ad 1.; κρείσσον primitus M.

5. ετι Pap. ει τι MSS.: error librarii potius quam varia lectio, nam proceleusmaticus in quarto pede displicet.

6. μέλλει μοι V: μέλοι μοι A; τοῦδε] τοῦδε] VL.

8. Αργειον δορο Pap.: idem proposuit Fix, Ἀργείων δόρο MSS.

9. απεστήσαθε Pap. ἐπεστήσασθε L.

10. γειροντα errore Pap.: γέροντα MSS.

11. ελθωσα I. ἐλθούσα Pap.: εσωμενης Pap.

13. τας I. στάς Pap.

14. λαιμωι Pap.: λαιμών] λαιμών LP et primitus, ut videtur, B: πλοιῶν A; τῆσδε γης P; σωτηρον Pap.

15. ενειμαν Pap.: ἔνειμεν MSS.

17. om. A: σθις παις om. V; ἐφεδρους ιππίτας MSS.: δ' add. Grotius: Pap. quae εφεδρους στρατ]ιωτας exhibet rectam lectionem praebere videtur.

## 2. — EURIPIDES, ANDROMACHA.

Andromachae fragmenta uno solo excepto (Pap. Oxyrh. III, 449, vv 5-28, v. 7 omissus, 30-36, 39-48 e s. III p. Chr. n.) inter papyros, ni fallor, adhuc non surrexerunt.<sup>8</sup>

<sup>8</sup> Cf. W. N. Bates, *l. c.*, p. 507; de fragmento Oxyrhynchico ita iudicaverunt editores Grenfell-Hunt: *The text seems to have been a fairly good one. An otherwise unrecorded variant occurs..., l. c.*, p. 101.

Nova charta Berolinensis (No inv. P. 13418) exhibet fragmentum codicis papyracei s. V p. Chr. n. inscripti. Quod fragmentum continet in parte aversa vv 1134-1142 et in parte quae recta dicitur vv 1164-1172. Manum cum illa, quae apud Schubartium, *Palaeogr.* tab. 101, nisi forte quod litterae in partem dexteram inclinatae non sunt, phototypice exprimitur, conferas velim.

Folium codicis integri exhibebat columnam circiter 30 linearum; ex eo insuper quod margo superior et margines ab utraque parte columnarum servati sunt vel restitui possunt, et quae fuerint dimensiones codicis integri elici fere potest: ad longitudinem columnae 30 linearum ca 21 cm duo margines ab utraque parte ad 3 cm addendi sunt, ex quo summa ca 27 cm efficitur; in latitudinem vero efficit pagina 17 cm. Ex quo autem sequitur dimensiones codicis Andromacham continentis has fere fuisse: 27 × 17 cm. At dimensiones codicum, quorum fragmenta ex ipsa antiquitate servata ad nos pervenerunt, in tres praecipue classes dividi possunt.

Ad primam classem pertinent ci codices, quorum longitudo latitudini respondet ( $1 \times 1$ ); ad alteram ei, quorum longitudo latitudinem bis efficit ( $2 \times 1$ ), et ad tertiam denique, quorum dimensiones ita se habent, ut 3:2, unde appareret codicem, cuius fragmentum Euripideum in charta Berolinensi exstat, ad tertiam classem pertinere.<sup>9</sup> Ac codices, qui ad eam classem pertinent, a s. V p. Chr. n. praecipue divulgatos fuisse W. Schubart demonstravit.<sup>10</sup>

Fragmentum A (vv 1134-1142) ad Euripidis textum interpretandum nihil fere novi affert, nisi quod a libris manuscriptis leviter discrepat.

Plus valet fragm. B (vv 1164-1172), in quo, ut vv 1168-1170 veras lectiones vix continentes omittam, v. 1171 sq. mea sententia ad locum in libris corruptum emendandum aliquid confert:

αὐτὸς [δὴ πή]μασι κύρσας εἰς ἐν μοίρας συνέκυρσας.

<sup>9</sup> Cf. W. Schubart, *Das Buch bei den Griechen und Römern*<sup>2</sup>, Berolini-Lipsiae 1921, p. 131 et G. Manteuffel, *Charisteria Przychocki*, Varsoviae 1934, p. 110 sq.

<sup>10</sup> *l. c.*, p. 133.

No inv. P. 13418

11 × 17 cm

V. s. p. Chr. n.

## Fragm. A (verso)

σφαγῆς εγχω[ρου]ν βουπαροι ποδῶν [παρος  
 δε[ι]γας δε αν [ειδ]ες πυρριγας φρο[υ]ρο[υμενου] 1135  
 β[ε]λε[ι]γα πα[ι]δος ως δε νιν περιστ[αδον  
 κυκ[λω] πατε[ι]γον ου διδοντες ανα[πνοας  
 5 βωμου κενωσας δεξιμηλον εσ[γ]αραν  
 το Τρωικον πηδημα πηδησας π[ο]δαιν  
 γωρει προς αυτους τοι [δ] οπως πελ[ειαδες  
 1140 ιερακ ιδου[σαι] π[ρος φυγ]ην ενωτ[ισαν  
 πολλαι δ [επιπτον μιγα]δε[ι] εκ δε τρ[αυματων

Contextum, quem charta nova praebat, cum apparatu critico Gilberti Murray contuli.

1. βουπαροι errore videlicet Pap.: βουπόροι MSS.: σφαγῆς <τ> Hervagiana secunda.

2. δ' om. A V (add. V<sup>2</sup>); φορουμένου L (sed *ορ* in rasura scripsit *l*).

3. πα[ι]δος Pap.: suspectum esse censem Murray: ποδός MLO; νιν Pap. L V<sup>2</sup>: μν rell.

4. ανα[πνοας Pap. L: ἀπνοάς rell. MSS.

7. τοι δ' A V (*οι* supraser. V<sup>2</sup>): etiam in Pap. haec lectio subesse videtur.

8. ιερακ ιδου[σαι] Pap.

9. πολλαι Pap.: πολλοί MSS.

## Fragm. B (recto)

εμν[ημονευσε δ ωσπερ ανθρωπος κακος  
 παλ]αια νεικη πως αν ουν ειη σοφος 1165  
 Και μην οδ' αναξ <— —> φοραδηγ  
 Δ]ελφιδος εκ γης δωμα πελαζει  
 5 τλ[ημων δ' ο παθων τλημων τε συ  
 γε]ρον δεγη γαρ τον Αγιλλειον  
 σκ]ημνον εις οικον ουκ' ως συ  
 θε]λεις αυτος [δη πη]μασι κυρσας  
 ει]ς εν [μοι]ρα[ς συνεκυρσας 1170

Dispositio membrorum discrepat inter hanc papyrum ac libros manuscriptos; in libris series anapaestica legitur, in papyro autem, etsi

anapaesti praeponderant, etiam cretici atque iambi et choriambi exstant.

3. δέδ' ἄναξ ζῆδη MSS.
5. τὴλημων δέ ο παθων τὴλημων τε σο — paroem. (?) Pap.: τὴλημων ὁ παθῶν, τὴλημων δέ, γέρον — dimeter anap. MSS.
6. γείρον δεχγή γαρ τὸν Αχιλλειον — ia ch sp., cf. Hipp. 146, P.; ναι σό· δέχγη γάρ κτλ. — dim. anap. MSS.
7. εις Pap.: ἐς MSS.: σκύμνον εις οικον ουχ' ως σο θέλεις — er er ch: σκύμνον ἐς οικον ουχ' ώς σο θέλεις — dim. anap. MSS.
8. αυτος [δη] πηματι κύρσας in Pap. extare videtur — paroem.: αὐτός τε κακοὶς MSS.: ἔκυρσας M O: πήματι κύρσας del. Koerner: πήματι κύρσας Verrall.
9. om. O Haun.: habuit Σ.

### 3. — SENTENTIAE MENANDREAE.

Sententiae veterum scriptorum iam inde antiquitus eligi solebant. Ita Epicharmi sententias tempore superiore collectas disposuit secundum testimonium Athenaei 648 D Axiopistus. Ceterum in Pap. Hib. 2 saeculo III a. Chr. n. ineunte perscripta exstat fragmentum florilegii, in quo sententia Epicharmi subesse videtur.

Tempore posteriore e poematibus gnomologicis florilegia, quae ad iuvenes instruendos praecipue destinata fuerunt, componebantur.<sup>11</sup> Sententiae Hesiodi, Theognidis, Phocylidis congestae ab Isocrate memorantur, sententiae vero ex memoria recitatae a Platone ceterisque afferuntur, illae praeterea Epicharmeae et Simonideae ac deinde Euripideae et Menandreae vel praecipue dilectae fuerunt. Inde ab saeculo IV ineunte collectiones gnomologicae secundum auctores vel argumenta, interdum ordine alphabeticō dispositae ad usum scholarum componebantur. Exemplar vetustissimum florilegii gnomologici praebet nunc Pap. Flinders Petrie II. 49<sup>b</sup> tertii saeculi a. Chr. n. Cetera fragmenta huius generis aetate posteriore perscripta concessit Constantinus Horna in commentario supra citato.

Excerpta e diversis scriptoribus in florilegiis multifaria ratione compositis inter papyros conservata sunt.

Florilegia sine ulla certa ratione confecta in Pap. Friburg.

<sup>11</sup> Cf. Xenoph. Mem. I 6 14, Isochr. II 43 sq., Plat. Leg. VII 811 A, Aesch. III 115, Diog. Laert. VI 51 et imprimis commentarium Constantini Horna, RE. Suppl. VI (1935), p. 78 sq.

1, Pap. Tebt. 1 et 2, Pap. Berol. (BKT V 15) asservata leguntur.<sup>12</sup>

E contrario saepius inveniuntur talia, quae in argumentis disponendis certam ac definitam rationem produnt: Pap. Argent. (N. Lewis, *Etudes de Papyrologie* III, 1936, p. 52 sq. No 5) exhibet cantica Euripidea, Pap. Ross.-Georg. 1 p. 60 continet excerpta e fabulis Euripideis, sententias Charetis publici iuris fecit G. A. Gerhard, *Sitz.-Ber. Heid. Akad.* 1912, No 13, in BKT V 17 exstat florilegium Euripideum, in Pap. Giss. 152 (K. Kalbfleisch, *Raccolta Giacomo Lumbroso*, Mediolani 1925, p. 29 sq.) florilegium Menandream.

Et postremo nota sunt florilegia ex uno solo genere litterario confecta, quae ad haec secundum argumenta certa disponuntur: Pap. Petr. II 49<sup>b</sup> exhibet epigrammata gnomologica et BKT V 20 A et B invectivas in mulieres e comicis et ex Euripide depromptas.

Qui loci saepius apud diversos auctores afferuntur et in uberioribus florilegiis aetate posteriore confectis interdum, et praecipue apud Stobaeum, exstant.

Praeter ea florilegia congesserunt O. Guéraud et P. Jouguet in libro supra laudato<sup>13</sup> diversos locos ex auctoribus excerptos, qui in ostracis et papyris servati sunt et in florilegiis posterioris aetatis leguntur.

Sententiae Menandri monostichi iam pridem in papyris servatae ad lucem surrexerunt: anno 1906 publici iuris fecit Carolus Wessely fragmentum quoddam e collectione Vindobonensi (*Stud. Pal. u. Pap.* VI, 1906, p. 158 sq.), in quo sententiae Menandreae cum novo quodam argumento gnomologico connectuntur.

Carolus Kalbfleisch edidit e Pap. Giss. 348, quam s. II/III p. Chr. n. assignavit,<sup>14</sup> fragmentum decem monostichos mutilatos continens. Columna servata exhibit sententias, quae ab ω littera incipiunt, unde sequitur ut collectio integra or-

<sup>12</sup> Praeter ea in antiquissimo libro ad usum scholarum quod adhuc notum est (O. Guéraud et P. Jouguet, *Un livre d'écolier du II-e siècle av. J.-C.*, Cairi 1938) florilegium uberiorius ex Homero, Euripide, epigrammatibus, poetis comoediae mediae aetatis compositum exstat.

<sup>13</sup> P. XXVI et sq., cf. etiam P. Viereck, *Drei Ostraka des Berliner Museums, Raccolta Lumbroso* 1925, p. 253 sq.

<sup>14</sup> *Hermes LXIII* 1928, p. 100 sq.

16  
24  
25  
26  
N 1.  $\frac{1}{2}$   $\text{kg}$   $\text{B}$   $\text{C}$   
T 2.  $\text{P}$   $\text{G}$   $\text{T}$   $\text{N}$   $\text{A}$   $\text{M}$   $\text{I}$   $\text{L}$   $\text{C}$   $\text{U}$   $\text{H}$   
1.  $\text{m}$   $\text{D}$   $\text{X}$   $\text{O}$   $\text{V}$   $\text{F}$   $\text{Y}$   $\text{Z}$   $\text{R}$   $\text{S}$   
2.  $\text{N}$   $\text{B}$   $\text{G}$   $\text{E}$   $\text{H}$   $\text{J}$   $\text{K}$   $\text{L}$   $\text{M}$   $\text{P}$   
3.  $\text{Q}$   $\text{R}$   $\text{S}$   $\text{U}$   $\text{V}$   $\text{W}$   $\text{X}$   $\text{Y}$   $\text{Z}$   
4.  $\text{A}$   $\text{B}$   $\text{C}$   $\text{D}$   $\text{E}$   $\text{F}$   $\text{G}$   $\text{H}$   $\text{I}$   $\text{J}$   
5.  $\text{K}$   $\text{L}$   $\text{M}$   $\text{N}$   $\text{O}$   $\text{P}$   $\text{Q}$   $\text{R}$   $\text{S}$   $\text{T}$   
6.  $\text{U}$   $\text{V}$   $\text{W}$   $\text{X}$   $\text{Y}$   $\text{Z}$

dine alphabetico disposita fuerit. Servata est pagina ultima subscriptione Μενάνδρου γνώματι munita. Inter 10 monostichos 5 iam pridem noti fuerunt, reliqui novi esse videntur. Quorum unus Diphilo, frg. 114 K., adscribitur. Cum igitur collectio sententiarum Menandri ceterisque admixtis ex s. II/III p. Chr. n. inter papyros exstare comperta sit, iudicium Alfredi Koerte rectum esse videtur in ostraco quodam II p. Chr. n. s. publici iuris in commentariis q. i. *The Journal of Egyptian Archaeology* VIII 156, facto, quod exhibit monostichos ordine acrostichorum dispositos cum una sententia e collectionibus mediae aetatis nota, Μενάνδρου γνώμας inesse.<sup>15</sup>

Insuper etiam H. Oellacher mentionem facit de Menandri monostichorum fragmento nondum edito e collectione Vindobonensi.<sup>16</sup>

Collectio sententiarum Menandri cum tardissime s. I/II p. Chr. n., sed verisimilius aetate aliquantum priore orta esse videtur. Quod fundamentum ex sententiis Menandri factum postea versibus a ceteris poetis depromptis novisque sententiis compositis auctum amplificatumque est. Eadem res perspicitur in illa Menandri et Philistionis comparatione,<sup>17</sup> in qua praeter proprios poetae versus sententiae ceterorum auctorum, Euripidis praecipue, vel omnino novae afferuntur.

Fragmentum chartae Berlinensis (No inv. P. 16136), quod in hoc volumine in publicum proferre animum induxi, exhibet reliquias columnae undecim linearum ab utraque parte abruptae, etiam pars superior desideratur; margo in-

<sup>15</sup> Cf. *Arch. f. Pap.* VIII. 259 sq. et A. Koerte, RE t. XV, 1931, et imprimis p. 716 sq.

<sup>16</sup> *Griechische Literarische Papyri aus der Papyrussammlung Erzherzog Rainer in Wien von H. Oellacher, Etudes de Papyrologie* IV, 1937, p. 173, cf. nunc *Mitteilungen aus der Papyrussammlung der Nationalbibliothek in Wien* III et A. Koerte *A. f. Pap.* XIV (1941), 125 sq. No 971. Quod fragmentum I s. p. Chr. n. exeuntis continet 24 sententias monostichos Menandri ordine adverso ab ω littera scilicet usque ad α ordinatas. Ipsae Menandri sententiae ab auctore amplificatae afferuntur. Compositio quaedam a magistro quodam publico sententias Menandreis adhibitis confecta nunc in fragmento Vindob. I s. p. Chr. n. exeunte Pap. Vindob. 19999 B, Oellacher, *Mitt.* III, 39 sq. No 25, tab. No 1, cf. A. Koerte, *A. f. Pap.* XIV, 127 No 972 exstat.

<sup>17</sup> Σύγκρισις Μενάνδρου καὶ Φιλιστίονος ed. Studemund, *Ind. lect. Vratisl.* 1887, cf. etiam W. Meyer, *Abh. Ak. Münch. phil.-hist. Kl.* XIX. I.

ferior scriptura vacat. Charta inscripta est in parte quae recta dicitur, pars aversa vacua est.

Parum probabile est, ut fragmentum hoc Berolinense partem voluminis integri sententias Menandri continentis faciat; pro certo fere habeo florilegii reliquias hic subesse, praesertim cum sententiae ordine alphabetico omnino careant et dicta, quae ad λόγον, λογισμόν, λύπην, ὥργήν pertinent, contineant. Prima linea nimis est mutilata, quin omnino restituи possit; singulae litterae quae exstant ad nullam Menandri sententiam aliunde notam quadrare videntur. Inter reliquias sententias decem tres novae esse videntur (2, 4, 6), ceterae iam antea e Monostichis vel ex Stobaeo notae fuerunt: v. 3 exhibet trimetrum a librario turbatum, v. 7 praebet lectionem Stobaei, cum in Monostichis varia lectio scripta occurrat, v. 8 continet sententiam Philemonis (cf. Pap. Giss. 348 et quae supra dicta sunt), sententia 10 nota est e Florilegio Stobaei, etsi in Monostichis non occurrit.

Fragmentum Berolinense s. II p. Chr. n. attribuendum esse puto. Scriptura manum haud inexercitatam prodit et inter eam quam librariam appellare solemus et cursivam vacillat; linea ultima in scripturam prorsus cursivam exit. Manus proxime accedit eis quae apud Schubartium, *Palaeogr.* tab. 81 et in *Pap. Gr. Berol.* tab. 28 phototypice expressae sunt.

Itaque in charta Berolinensi fragmentum florilegii sententias Menandri continentis quibus novae quaedam accedant ad lucem surrexit et sane vetustissimum, ni fallor, omnium quae adhuc nota fuerunt. Quod fragmentum II p. Chr. n. s. confert non nihil ad quaestionem de florilegia aetatis posterioris et illud Stobaei praecipue componendi ratione.

No inv. P. 16156

9,5×8,5 cm.

II s. p. Chr. n.

Tab. No I

[δραστικον]

δίκαιος ἐστιν οὐχ' ὁ πράττων μὴ ἀδικῶς

λογισμὸς μόνος ἐστὶ λύπης φάρμακον

οἱ μὲν ἐγεργοὶ μηδὲν φοβοῦνται τοὺς πόνους

ἄρ' ἐστὶ συγγενές τι λύπη καὶ βίος;

σαρῆς οὐκ ἔ]τι λογισμός, ἀλλ' ἐκεῖ τυχ[ών.  
 λύπην γ]ὰρ εὖ]ν[ους] οἶδε θεραπεύειν λόγος.  
 νόσον] π[οιὸν κ]ρείττον ἐστι<ν> ἢ λύπην φέ[ρειν.  
 δογὴ φιλούν]των δὲ λόγον ισχύει χρόνον.  
 10 δ μέγισ]τον ἀγαπῶν δι' ἐλάχιστ' <ἢ>ργ<i>ζεται].  
 λόγῳ μ]έπεισας, φαρμάκῳ σοφωτάτῳ.

1. ἄν]δρ' ἀστικόν[ vel ὥραστικόν[
2. supplevi e. g., cf. Men. Monost. 658 sq. Ἀνὴρ δίκαιος ἐστιν οὐγ' ἡ μή διδικῶν, ἀλλ' ὅτις διδικεῖν δυνάμενος μὴ βούλεται.
3. trimeter turbatus, nam scriba transposuisse verba videtur, cf. Mon. 515: λογισμός ἐστιν φάρμακον λύπης μόνος.
4. supplevi e. g., apud Menandrum non legitur; post lacunam 5-6 litterarum vestigium : vel γ litterae (nihil nisi hasta perpendicularis servatum est) perspicitur P.
5. Mon. 640 = Men. frg. 281, 8 K.
6. ἀλλὰ Pap.; supplevi e. g., apud Menandrum extare non videtur.
7. Mon. 519 = Men. frg. 591, 5 K. apud Stobaeum Flor. 115, 14 servatum; οἶδεν ιᾶσθαι λόγος; Mon., cf. etiam 559, 1 K.: λύπης ιατρός ἐστιν ἀνθρώποις λόγος.
8. Mon. 383 = Philem. 202 K.; νόσον δε πτλ. Mon.
9. Mon. 410: δογὴ φιλούντος μικρὸν (alii φιλούντων sicut in hac Pap.) ισχύει χρόνον.
10. Men. frg. 659, 2 K., cf. apparatus crit.; ἐργάζεται Pap. errore vide-licet pro δογίζεται scriptum: ἡ μέγιστον ἀγαπῶν δι' ἐλάχιστ' δογίζεται.
11. Mon. 513: λόγῳ με πείσον, φαρμάκῳ σοφωτάτῳ, Vind. 3 exhibet: μὲν πείσαι φάρμακον σοφώτατον, unde coniecit Meineke: μ' ἔπεισε φαρμάκῳ σοφωτάτῳ. Pap. lectionem rectam exhibere videtur.

iustus est non ille qui non iniuste agit  
 consideratio sola est aerumnae remedium  
 qui strenui sunt nihilo labores pertimescunt  
 5 num est similitudo quaedam inter aerumnam et vitam?  
 non item certa est consideratio, sed illuc consequitur  
 aerumnam enim scit curare sermo bene affectus  
 morbum multo melius est quam aerumnam tolerare  
 10 qui nimie diligit minime irascitur  
 verbo me persuasisti, remedio sapientissimo.

## 4. — LEGUM IUDICIALIUM FRAGMENTUM.

Fragmentum, quod summa liberalitate possessoris hoc loco publici iuris facio, pertinebat ad collectionem privatam Hugonis Ibscher Berolini asservatam. Origō huius chartae, quod doleo, mihi ignota est. Exstat hic fragmentum voluminis cuiusdam leges iudiciales continentis. Servata est columna 15 linearum a parte dextera abrepta et in parte inferiore valde mutilata; margo superior exstat pars vero inferior columnae desideratur. Singula capita paragraphis ter distinguuntur (post l. 4, 9 et in 14 media; in l. prima, etsi hic quoque caput novum incipit, scriba paragraphum notare supersedit). Spatium columnae in parte dextera laesae e l. 5-6 certe suppletis definire mihi contigit: desunt 5-6 litterae, unde vero sequitur columnam integrum 22-24 litterarum olim fuisse. Scriptura perspicua et elegans omnia indicia aetatis Lagidarum ineuntis prodit, cf. praesertim litteras β, γ, ν, π, τ, υ, φ, ex quo papyrum III s. a. Chr. n. medio vel exeunti tribuendam esse censeo.

Servata sunt capita tria, ex quarto autem nihil nisi exigua vestigia duarum linearum exstant.

In capite 1-o de cautione agitur interponenda, in 2-o de ratione agendi in casu contradictionis, in capite 3-o de vade in iudicium adducendo; quod fuerit argumentum capitulis quarti non liquet.

Volumen, ex quo superest illud fragmentum Ibscherianum, pertinet ad ceteros commentarios iuris consultorum, qui inter papyros ex Aegypti harenis ad lucem surrexerunt. Quorum notissima e Lagidarum aetate sunt illa Δικαιώματα Alexandrina,<sup>18</sup> et Idiologi Gnomon ex aetate Romana.<sup>19</sup> Sed imprimis hoc fragmentum novum cum Pap. Lille I. 29, quam olim ediderunt Collart - Lésquier = Mitteis, *Chrest.* 369 et P. M. Meyer, *Jur. Pap.* 71, conferendum esse videtur. Quae Pap. Lille in vico Ghôran reperta est et s. III a. Chr. n. ab editoribus attributa. Latitudo duarum columnarum, quae servatae sunt, eadem est fere atque in papyro nostra. Sed argumenta capitum, quod interest inter ambas chartas, perfectiora ac magis copiosa sunt.

<sup>18</sup> Pap. Halensis I, ed. Graeca Halensis, cf. P. M. Meyer, *Jur. Pap.* 74 et 70.

<sup>19</sup> BGU V 1, ed. W. Schubart, cf. Meyer, *Jur. Pap.* No 93.

HCCNEAKHACCA CONG  
 ONTNUICATGTTYHIS EFT  
 TMESEKANTOFFYAN KAR  
 TWNT SDETER I TIGEF  
 CANADTINCSA JATI NEN  
 THICOSUN CAYNGEANAPETIA  
 FANTOMA T KPINH  
 DEXNCE YI TI BETHOM  
 ANPPI COZICOSTRAKE  
 EAMZ TONETT YOT  
 ESI VADINNESE  
 AYTS AN BOY  
 LITCE WA DATE  
 CT — EDN —  
 — EAT

Fragmentum Pap. Lille I. 29 exhibit leges iudiciales civitatis cuiusdam Graecae in terra Aegyptiaca sitae (Naucratidos fortasse vel Ptolemaidos) et pars quae superest continet praescripta, quae ad ius servorum et illa praesertim quae ad eorum delicta pertineant.

Quod novum legum iudicialium fragmentum in Pap. Ibscheriana servatum haud parvi esse momenti ad res forenses in Aegypto investigandas evidenter appetit. Sed cum ex tempore sinistro fieri non posset, ut chartam a me descrip- tam scientia iuris civilis excellentibus ad commentarium subtiliore iuris cognitione praeditum componendum propone- rem, solum illud exemplar nonnullis notis a me instructum et, quantum mihi contigit, restitutum excrivere curavi.

Pap. Ibscher.

15 × 8 cm.

III s. a. Chr. n.

Tab. No II.

ησεν. <—> ἐὰν δὲ ἐλάσσονός τις . . .  
 ον τῷ κατεγγυηθέντι, ἐξέσ-  
 τω δὲ κατεγγυῶν κατὰ [δικασ-  
 τῶν, ἢ ἐφ' ἑτέροις ἡ τις κρίνηται.  
 5       ἐὰν δέ τινες ἀντιλέγω[σιν, πε-  
 πείσθω ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὃ[φ' ἑτέ-  
 ρων καὶ ὡς ἄγ κρίνῃ εἰσάγων  
 δεχέσθω, ὑπηρετησάντων δὲ  
 ἀλλοι[ς] κόποις οἱ πράκτο[ρες].  
 10      ἐὰν δ[έ] τὸν ἔγγυον καλ[ῶσιν  
 ἐπὶ [τὴν] γ κρίσιν, ἐξέστω [αὐτῷ  
 λόγο[υς οὖς] ἀν βούληται [ποιεῖν,  
 μηκέτι εξέστω ἀναδικῆσαι τὰ  
 σημανθέντα]. — ἐὰν δ[έ] . . .  
 15      αὐτὸς ἀγ[]

1. Iota mutum, etsi saepius in hac papyro notatur, tamen interdum a librario neglegitur, cf. 1. 6; ἐλάσσονός τις θῆ: vel fortasse ἐλάσσον ὅστις σχῆ: — in fine τι vel π legi potest.

3. Articulus saepius omissus esse videtur, cf., 4, 7 et Mayser, Grammatik, B. II 2, Berolini 1933, 22 sq. Suppl. Taubenschlag.

7. ὁ εἰσάγων = ὁ εἰσαγωγέος, cf. Meyer, *Jur. Pap.* p. 252, No 74. 40. No 78, I, cf. etiam No 93 cap. 40.

